

tationis insonent, omne quod locuturi sunt, operibus clament.



QUARTA PARS.

CAPUT UNICUM.

Tractans, qualiter prædicator omnibus ritè peractis ad semetipsum redeat, ne hunc vel vita, vel prædicatio extollat.

Sed quia sæpe dum prædicatio modis congruentibus ubertim funditur, apud semetipsum de ostensione sui, occultâ latitiâ loquentis animus sublevatur, magna cura necesse est, ut timoris laceratione se mordeat, ne qui aliorum vulnera medendo ad salutem revocat, ipse per negligentiam suæ salutis intumescat,